

## SREDNJEVEŠKA LATINŠČINA

(bere dr. Sonja Weiss)

### Guidonis Aretini, *Micrologus*

#### Incipit prologus

Cum me et naturalis conditio et bonorum imitatio communis utilitatis diligentem faceret, cepi inter alia musicam pueris tradere. Tandem affuit divina gratia, et quidam eorum imitatione chordae ex nostrarum notarum usu exercitati ante unius mensis spatium invisos et inauditos cantus ita primo intuitu indubitanter cantabant, ut maximum plurimis spectaculum paeberetur; quod tamen qui non potest facere, nescio qua fronte se musicum vel cantorem audeat dicere. Maxime itaque dolui de nostris cantoribus qui etsi centum annis in canendi studio perseverent, numquam tamen vel minimam antiphonam per se valent efferre, semper discentes, ut ait Apostolus, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes. Cupiens itaque tam utile nostrum studium in communem utilitatem expendere, de multis musicis argumentis quae adiutore Deo per varia tempora conquisivi, quaedam, quae cantoribus proficere credidi, quanta potui brevitate perstrinxi.

Vir: *Guidonis Aretini Micrologus*. Joseph Smits van Waesberghe (izd.). *Corpus scriptorum de musica* 4. Rim: American Institute of Musicology, 1955.

#### Uvod

Ker sem imel dobre naravne danosti in zgled dobrih ljudi, da sem si prizadeval gojiti družbeno koristne reči, sem se lotil med drugim mlade poučevati v glasbi. Naposled mi je bilo po Božji milosti dano, da so bili nekateri izmed njih, kakor uglašene strune, tako izurjeni v naši notaciji, da so bili še pred iztekom enega meseca zmožni brez obotavljanja zapeti nikoli poprej videne in slišane pesmi, takoj ko so jih prvič videli – osupljiv prizor za mnoge, ki so jih videli. Saj se vendar ne more imenovati glasbenika ali kantorja, kdor tega ne zmore. Tako mi je bilo zelo hudo za naše kantorje, ki že stoletje vztrajno študirajo petje, a še vedno niso sposobni sami izvesti niti najkrajše antifone, in čeprav »se vedno učijo«, kakor pravi Apostol, »ne morejo nikoli priti do spoznanja resnice«.<sup>1</sup> Zato sem v želji, da bi svoja tako koristna dognanja ponudil v skupno rabo, karseda strnil nekatera od mnogih spoznanj s področja glasbe, ki sem si jih z Božjo pomočjo pridobil v različnih obdobjih; in sicer tista, za katera sem menil, da so koristna za pevce.

Prevedla Leon Stefanija in Sonja Weiss.

<sup>1</sup> 2 Tim 3.7.

***Carmina Burana (CB 117.1–6)***

Lingua mendax et dolosa,  
lingua procax, venenosa,  
lingua digna detruncari  
et in igne concremari,

Que me dicit deceptorem  
et non fidum amatorem,  
quam amabam, dimisisse  
et ad alteram transisse.

Sciat Deus, sciant dii,  
non sum reus huius rei!  
Sciant dii, sciat Deus,  
huius rei non sum reus!

Unde iuro Musas nouem,  
quod et maius est, per Iovem,  
quam pro Dane sumpsit auri,  
in Evropa formam thauri:

Iuro Phebum, iuro Martem,  
qui Amoris sciant artem;  
iuro quoque te, Cupido,  
arcum cuius reformido!

Arcum iuro cum sagittis,  
quas frequenter in me mittis:  
sine fraude, sine dolo  
fedus hoc seruare volo!

Vir: *Carmina Burana. Razširjen izbor*. Prevod in spremna beseda P. Simoniti. Ljubljana: Modrijan, 2008.

## **Prisega ljubezni**

Jezik grdi, opravljeni,  
jezik strupa poln, lažnivi,  
jezik vreden, da s strženom  
bi izdrt bil, dan plamenom.

Praviš, da se lažem često  
in ne znam ljubiti zvesto,  
da sem pustil svojo ljubo,  
se takoj ogrel za drugo.

O bogovi, Bog obvarji,  
nisem krivec pri tej stvari!  
Vsi bogovi, Bog edini,  
krivde v moji ni notrini.

Ne, pri Muz devetih četi,  
priča Jupiter je vneti,  
ki kot zlati dež je ljubil  
in kot bik Evropo snubil.

Priča Fojb in Mars je jezni,  
vešč v umetnosti ljubezni,  
tudi Amor bodi priča,  
čigar plaši me strelica.

Pri strelicah in pri loku,  
ki jih proži vame v loku:  
brez zvijače in pretveze  
se bom držal s tabo zvez!

Prevedel Primož Simoniti.

Vir: *Carmina Burana. Razširjen izbor.* Prevod in spremna beseda P. Simoniti. Ljubljana: Modrijan, 2008.